


38

VICTORIA

SERENISS. POLONIAE RE-
gis contra Vayeuodam Muldauiæ,
Turcæ tributarium &
subditum,
xxii. Augusti parta.



PARISIIS
Excudebat Christianus Wechelus, in vico
Jacobæo, sub scuto
Basilensi.

53

IOANNES DANTISCVS. C. EPISCOPVS

Culmens. Serenissimi Poloniae Regis Orator, Reuerendissimo in
Christo Patri, domino Stephano Gabrieli, Patriarche
Indiarum, Archiepiscopo Barrens. Episcopo
Giennens. Cæs. Ma. à Consilijs Secretis.



Vper ornatisime Presul, quum nos multæ eruditio[n]is
& candidi ingenij uir, eximius D. Alphonsus Valdesius
Cæs. Ma. Secretarius, una cum Clarissimo Viro D.
Francisco De los Conos in regno Legionis Hispanie
Equitum Diui Iacobi Commandatore maiore, Cæs. Ma.
primario Secretario, & Consiliario: Et Illust. D. Francisco de Bonadilla
Archidiacono Toletano, Celeberrimi Salamanici gymnasij Cancelario,
iuuene supra etatem Græcè & Latinè doctissimo, Apiciano illo
prandio lautiſſime accepisset, & perhumanè tractasset, quæſiuit à me
P. T. Reuerendissima quibus modis felix illa uictoria in mense Auguſto
præterito serenissimo domino meo contra Valachum Ducem Mula-
dauia(hunc incole Vayeuodam uocant) ceſſisset, petens a me ut rei geo-
ſæ ſeriem tibi darem conſcriptam, quæ pro ea obſeruantia qua Seren-
iſſimos Regem & Reginam Poloniæ proſequeris, hæc tam ampla &
à Deo data, excellens uictoria, quæ iam per uicinas regiones diuulga-
ta est undiq[ue], etiam per omnem ueſtram Hispaniā orbis Christiani para-
tem felicissimam, & ad alias exteras nationes diffunderetur, unde
Christiani principes simili exemplo in religionis noſtræ hostes incitare-
tur: quod tuum deſiderium, quum ex incomparabili tua prudencia, &
exactissima magnarum rerum experientia in quibus uersatus es ſem-
per, profectum eſſe cognoscerem, non potui non plurimum probare,
confestimq[ue] ut illi ſatisficeret, animum adieci, & in compendium totam
huius fauſtissime uictorie historiam redactam, tibiq[ue] dicatam, typis excu-
di curau[er]. Proinde que ſcripta tibi à me dari poſtulasti, ut formulis ex-
preſſa que facilius legi poſſūt, grato animo accipias oro. Si quid aliud
eſt quod praefare poſſum, tu preſcribe, mihi iuſſa capere fas eſt.
CHRISTVS Opt. Max. P. T. Reuerendissimam ſoſpitet quam
diuifime, & proſperet in omnibus.

Ex Bruxellis.

VICTORIA

SERENISS. PRINCIPIS ET DOMINI, Domini Sigismundi eius nominis primi, Regis Poloniæ, magni Ducis Lituaniæ, Russiæ, Prussiae ac Masoniæ &c. Domini & heredis, contra Vayeuodam Muldauiæ, olim Daciæ, Turcæ tributariū & subditū, cui subest Valachia, Mysiq inferioris pars ad flumē Tyram influēs pontū Euxinū,

quæ à Deo data fuit terna in mense Augu-

sto preterito, & cōsummata xxii.

die eiusdem mensis. An.

Dñi M. D. XXXI.

VAyeuoda Muldauiæ & prædecessores eius, ut perfidorū mos est, nihil vñq̄ lōgo iā tēpore, Regibus et regno Poloniæ qd' tenebātur, præstiterūt: cui ipse Vayeuoda innixus, hyeme præterita, præter omnē expeccationē foederibus et iuramētis que fecerat neglectis, nullaq̄ hostilitatis denūciatione præmissa, prouinciā regni Poloniæ Pokucziæ nūcupatā, fide & honore posthabito, occupauit. Quā iniuriā quū Ser. Poloniæ rex diutius ferre nō posset, exercitū selectorū mercenariorū militū ex regno suo cōparauit & cōscribi iussit, opa magnifici Domini Ioānis Comitis de Tharnovv, Palatini Russiæ & exercituū regni Poloniæ Capitanei generalis,

A ii viii

V I C T O R I A

viri in militaribus clarisq; aliis in rebus præstan-
tissimi, quē ille variis in locis, ne hostis certū nume-
rū scire posset, collegerat & disposuerat, & nō mul-
to ante festum Sancti Iacobi ad loca quę præsidiis
hostis firmata erāt, admoueri iusserat. Cōstabatq;
totus ille exercitus eq̄tibus, præter 300. pedites, qui
machinis & bōbardis erāt addicti. Ex his equiti-
bus ipse Capitaneus generalis p̄emisit 2000. & ali-
quot cēturiās equitū, q; preter Valachorū spē et sci-
entiā variis in locis prouinciā illā Pokucziæ ado-
rirētur. Valachorū ibidē in præsidiis erāt fortassis
1400. bello apti, præter aliā colluuiē. Poloni mili-
tes mādata Capitanei strenuè exequētes, non vna
ex parte eā prouinciā inuaserunt, cōfligētes cū ho-
stibus multos trucidarūt, & nō paucos viuos cepe-
rūt, inter quos erāt pleriq; ipsius Valachi familia-
res & aulici, atq; in duobus diebus totā illā prouin-
ciā recuperarūt, p̄ter castrū quoddā Gvvsłdziecz
qd' cuidā nobili Polono Thvorovski nūcupa-
to fuerat adēptū: hoc tamē etiā paulopost obsidē-
tes, in potestatē suā redegerūt, & illi quēdā præfe-
ctū militū Vlodek nomine p̄ficerūt. Pauci ex illa
Polonorū irruptione, Valachorū qui superfuerāt,
euasere in Valachiam. Huic victoriæ Capitaneus
generalis, Comes de Tharnov non interfuit, sed
cū potiore exercitus parte rerū euētum nō procul
p̄stolabat. Victorie verò nūciū cū q̄busdā captiuis
nobilis

P O L O N I C A .

nobilis quidā iuuenis Spitek de Tharnovv Sere-
niss. Poloniæ Regi Cracouiam apportauit. Paulo
post appulit etiā ad Sereniss. Ma. Regiā generofus
Dominus Hieronymus Schafffranyecz, qui pluri-
mos ex ea victoria captiuos attulit, hiq; hinc in-
de per Castra Regia habēt distributi. Post hāc ac-
ceptā cladē Vayeuada Valachus percitus, omnes
quas potuit suorū copias cōgessit, & in tres exerci-
tus diuisit, eratq; numerus omniū supra vigīti mi-
lia: cū his in prouinciā Pokuczię perueniēs, 6000.
equitū ad recuperādū castrū Gvvołdziecz trāsmi-
sit. De quo certior factus Comes de Tharnovv,
Capitaneus generalis, maturè cū toto suo exercitu
& his qui vltro se adiūxerāt, ad succurrēdū obse-
sis & castro affuit. Hoc vidētes Valachi,¹⁹. Augu-
sti præteriti cū exercitu Polono manus conserue-
runt. In eo cōflietu, cū dei adiutorio Poloni supe-
riores facti, Valachorū illa 6000. profligarūt, & in
fugā verterūt. Multi illorū cæsi, capti q; plurimi, et
præsertim de illis qui ipsius Vayeudæ curiæ in-
seruiūt. Hāc suorū stragē, quū à duobus suis Capi-
taneis qui ex prælio profugerāt Vayeuda audi-
uisset, cōmotus iussit illis āputari capita, sed aliorū
precibus victus, catenis ferreis vinc̄tos custodiæ
mādauit. Hæc est Valachorū cōsuetudo, vt eos o-
mnes qui ex pugna euadētes domū reuerterūt, sup-
pliciis grauioribus q; si in bello cecidissent affici-

V I C T O R I A

ant. Hinc sit ut in cōfigēdo multis aliis nationibus sint ferociores. Accēsus itaq; Valachus ira pariter & pudore, ipse in persona cū suis ónibus, Polonos septos castris, vt eorū mos est, curribus & vallis factis, cū multis magnis bellicis tormentis que secū duxerat aggressus est. Quūq; Poloni sic cincti, nō excedētes sextā partē numeri militū quē secū habuit Valachus, vim globorum vterius ferre nō possent, prioribus victoriis animati, & ope diuina adiuti, extra vallū in ordinibus suis profiliennes prælium cōmiserunt, & cum hostibus de perfidia expostulantes & certātes, ad quinq; horas sine intermissione cōseruerunt manus, illosq; ad internicionem usq; prostrarunt. Nāq; præter multa alia milia cæforum Vayeuada ipse fugiens, duobus vulneribus est affectus, tormenta bellica magna quinquaginta, cū pulueribus, globis, curribus onerariis, & toto cōmeatu capta. Inter quę fuerant quædam ante 34. annos Polonis, & superioribus annis ipsis Transylvanianis Hungaris adempta. Itē duo vexilla maiora & principaliora, tympana, & multa alia bellica apparamēta. Quæ omnia facta sūt xxii. Augsti præteriti. Poloni prosequentes victoriā, insequuti sunt fugiētes Valachos per miliare Germanicum vnum & dimidiatum, trucidantes & plerosq; de nobilioribus viuos capientes. Fuit cæforum ingēs numerus, & inter eos multi

P O L O N I C A :

multi de primoribus Valachi reperti . Hoc lætū
victoriæ nuncium attulit Serenissimo Poloniæ
Regi quidam præfetus militū , nomine Szvviens-
cziczki ²⁹. Augusti Cracouiā. Postero die missus
à Comite de Tharnovv, Capitaneo generali qui-
dam iuuenis nobilis nomine Sbigneus Szienyen-
ski quosdam Sereniss. Ma. Regiæ etiam captiuos
attulit. Et inde alius præfetus militum Iaslovvi-
eczki duxit secum magnum captiuorum nume-
rum, inter quos est qui dicitur sermone Valacho
Glogofet, quod est apud illos supremi Cancellarii
nomen . Item & pocillator seu pincerna & stru-
ctor mensæ, cum plerisq; aliis ipsius Valachi offi-
cialibus. In summa nihil aliud ex eo conflictu se-
cum q̄ duobus vulneribus saucium corpus aspor-
tauit Valachus , qui non immerito perfidiæ suæ
sic dedit pœnas . Hic tantus timor suos in Vala-
chia inuasit, vt multi in Hungariam & Muldaui-
am quotidie cum bonis suis profugiant. C H R I-
S T O Domino sit honor & gloria, atq; ónis gra-
tiarum actio, qui Serenissimum Poloniæ Regem
quād diutissimè contra crucis suæ hostes viuere
& triumphare concedat. Amen.

Excerpta est hæc victoriæ historia ex ipsis Sereniss. Poloniæ Regis litteris, & quorundam qui omnia magis peculiariter scripserunt.

Datum Bruxellis, in curia Cæsa. Ma. 24. Septem.

An. Dñi. M. D. XXXI.

Per R. D. Ioannem Dantiscum, C. Episcopum Culmensem, Oratorem ipsius Serenissimi Regis.

Hilarii Bartelephi Ledæi
Epigramma.

Clara Sigismundi cui non victoria Regis
Audita est? cui non spesq; animosq; facit?
Et cunctamur adhuc? neq; nos vel suada monentis
Dantisci toties, vel pia musa mouet?
Si ter de fidei sic hostibus ille triumphat,
Et bis dena Dei millia sternit ope,
Quid faceret, si tota suos resp. Christi
In Turcam Reges mitteret vnamimes?